



1. Michaelis / Joh. Georg. / diff. de viro stante
inter Myrtos, Halle 1739.
2. Moller / Christoph Gottf. / diff. de Genuina
vorum xarakter et ypostasi notione,
Lippie 1738.
3. Morheim / Joh. Laur. / diff. de jefu Christo
vindice dogmatis de mortuorum ad
vitam reditu, Helmst. 1740.
4. Müller / Gottfr. Ern / diff. de papolatia.
Lippie 1726.
5. Müller / phil. / diff. de jure Dei in Homines,
jena 1707.
6. diff. de regno Israelis restauran-
do, jena 1704.
7. crocodilus lachrimans, jena 1733
8. diff. de Jefu Christo deandropo, jena
1704.
9. ... / Casp. Gottfr. / diff. de gloria
... jena 1661.

m. 24.

בער

OBSERVATIONES
PHILOLOGICAE

IN

Malach. II, 15. et 16.

QV AS

SANCTI NVMINIS GRATIA ADSPIRANTE
ET SVPERIORVM INDVLTV

IN

ACADEMIA LIPSIENSI

DIE III. CALEND. SEPTEMBR. A. M DCC XXVII.

PVBLICAE ΣΥΜΦΙΛΟΛΟΓΟΥΝΤΩΝ ΣΥΖΗΤΗΣΕΙ SVBMITTVNT
VENTILANDAS

P R A E S E S

M. JOHAN. Gottfried Seunberz

LAVB. LVS.

ET

R E S P O N D E N S

CHRISTIANVS Hälisch

JAVOR. SILES.

SS. THEOL. STVD.

L I P S I A E

LITERIS IMMANVELIS TITII.

PHILOSOPHICAL
OBSERVATIONS

SACRED SCRIPTURES
AND THEOLOGICAL

A CAUSE OF

THE

UNIVERSITY OF

OXFORD

1711

M. JOHANN

PRINTED

BY

CHRISTIAN


WELLS

IN

OXFORD

1711





בשש.

PRO O E M I V M.



Tudium sacræ *φιλολογίας* cuius li-
terarum sacrarum cultori maximo-
pere utile & plane necessarium esse,
maximo, quo par erat, zelo Theo-
logi cordati semper affirmarunt,
adeo, ut, sola tot tantorumque he-
roum nomina recensere si præsu-
merem, mihi vel spissa volumina ef-
sent conscribenda. Transiere (quod est divinæ gratiæ)
barbara illa tempora, quibus iudice Espencæo Ebraica
nosse hæreticum fuit & restituti Ebraismi ætas, qua Chri-
stiani ipsis Judæorum Magistris dabunt, quæ in lingua
Ebræa ipsis discenda, est exorta, recte loquente Cel. *Joh.
Jac. Schudtio* in Genio & Indole linguæ S. Ut amplum lin-
guæ Ebrææ in Theologia usum a tot magnis Viris jam diu
celebratam jam taceam; amissa enim vera Grammati-
ca (quæ est pars Philologiæ) statim extincta est lux purio-
ris doctrinæ: & cum nostro tempore restitueretur vera
Grammatica, enarratio vocabulorum in hoc loco, rursus
restituta est puritas doctrinæ, sic sentit *b. Mart. Chemnitius*

A 2

P. 2.

P. 2. LL. Theol. de Justific. c. 3. & vir *θεός*, *Lutherus* Tom. II. Jen. fol. 460. Wo die Sprachen sind, da gehets frisch und stark und wird die Schrift durchtrieben, und findet sich der Glaube immer neu durch andere und aber andere Wort und Werke: vel unicum argumentum, cujus causa hæc scripsi, Philologia sacra necessitatem abunde demonstrat. Si de vero alicujus Biblici dicti sensu, a quo tamen magni montes dependent, inter interpretes non convenit, num versio ulla, codice authentico non intellecto, animo fluctuanti satisfaciet? & annon in hoc casu ad fontes erit recurrendum? Nulla enim, quod omnes linguarum periti & cordati viri fatentur, versio omnibus numeris ita est absoluta, ut textui divino ubivis accurate respondeat; ergo sacrorum Bibliorum interpreti ad decidendas interpretum controversias scrutatio fontium summopere erit necessaria; id quod exemplis demonstrare multis instituti nostri rationem excederet; adeat vero, qui potest, Magnifici nostri *Dn. D. Sab. Deylingii* Lectiones publicas in Theol. Exeget. ante biennium habitas. Ipse, ad quem quædam adnotabimus, textus nunc huic nunc illi sensui ab interpretibus adcommo-
 datus linguæ Ebrææ cognitionem necessariam esse abunde declarabit. Versus enim decimus quintus Capitis II. Malachia est unus ex illis, de quorum explicatione propter obscuritatem sermonis Hebræi, cujus nimia brevitatis & concisionis mater est, neque inter Judæos neque inter Christianos Interpretes satis convenit; recte sic commentatur *Polycarpus Lyserus* 47 in hunc locum p. 1525. Comment. sui in Prophetas minores. Quodsi enim varias variorum & toto cælo differentes interpretationes hujus loci hic recensere vellem, certe larga sententiarum multitudo & calami & chartæ sufficientiam excederet. Nec miror,
 si

si lectores miratio subeat, me post tot viros doctos etiam erambem toties coctam rursus adponere; sed veniam forte hisce pagellis concedent benigniores veritatis amatores, qui illud, quod nunquam satis scrutamur, etiam nunquam satis dictum putant. Instigavit nos venerandus pater *b. Lutherus* fidelissime & per viscera misericordiae Dei monens ad sacri veteris instrumenti genuinum sensum ex fontibus scrutandum Tom. II. Jen. in serm. de Schem Hamphorasch: in quo labore nonnulla deprehendimus ab interpretibus vix ultra dubia esse explicata. Afferunt hae pagellae itaque unum ex illis locum & nostram qualemcunque exponunt interpretationem ex ipso textu ejusque connexionem erutam; non gloriamur quidem, illam esse optimam, sed textui non contrariam. Ne vero in limine nimis diu haereamus, ipsum, cujus causa manum admovimus calamo, textum adgrediamur. Deus nostris adsit conatibus, ne ab optato, quo tendimus, portu deflectamus infeliciter!

§. I.

Templo Hierosolymitano posteriori, cujus כּוּר גּוּרל מן-הַר אֲשֶׁר-בְּיְרוּשָׁלַיִם futura erat, Hag. II, 9. extructo externa status Ecclesiastici apud Judaeos conditio ex Serubabelis, Esdrae & Nehemiae indefessa opera optime videbatur ordinata. Sicuti enim Deus per Ezechielem captivis Judaeis novi exstruendi templi spem non fecerat vanam; ita nunc quoque votorum suorum compotes facti erant Judaei & à Prophetis Haggæo & Zacharia divinitus moniti nomini divino in novo templo sacrificia mactabant. Tantum vero aberat, ut malis suis erepti pristinaeque restituti felicitati Judaei ex suo ipsorum exemplo cautius mercari Deumque magis colere didicissent, ut potius antiquum obtinerent & Dei iram iterum provocarent præ omnibus

ipsorum majoribus. Corrupti erant inprimis sacerdo-
 tes, (quorum munerum officia *Curdifius, Orho, Lightfootus, Hottingerus, Cuneus, Buxtorffius & Seldenus* prolixè
 explicant) qui neque doctrina neque vita integri populo
 detrimento magis erant, quam adjumento. Quid enim
 mirum erat, si Judæi sacerdotes, quos tamen Deus ele-
 gerat, ut esset **נחלת** & **אחוזתא** Ezech. LXIV, se-
 quentes in quavis deteriora ruerent? Deus igitur per-
 ditionem Israël videns æterni amoris sui erga hunc suum
 populum memor *ἐσπλαγγισθη* & ipsis Prophetarum V. T.
 nobis cognitorum, ultimum, Malachiam monitorem mi-
 sit & correctorem, ut illis sc. **מש** i. e. Prophetiam one-
 rosam & pœnas comminantem proponeret & iacerdotum
 illius temporis inprimis exorbitantem impietatem divi-
 na *ἐπανορθώσεις* castigaret. Munere itaque divinitus sibi
 demandato sanctus Propheta ita fungitur, ut primo gene-
 ratim Judæis *ἀχαριστοὺς* erga Deum crimen exprobrat &
 secundo speciatim sacerdotibus doctrina & vita sceleratis
 maledicat. Scopus divini vatis (nisi fallor) in eo maxime
 consistit, ut ostendat, abominationem inter Judæos or-
 tam a sacerdotum negligentia & malitia oriri adeoque il-
 los sacerdotes doctrina & vita multos conscelerantes casti-
 gatione esse dignissimos. Hinc cum solis sacerdotibus
 à C. I. v. 6. ad C. III. v. 4. inclus. divinus Propheta rem habet &
 C. I. ipsorum circa sacrificia Deo oblata negligentiam dete-
 stat capite secundo speciatim nonnulla scelera ipsis ex-
 probrat & per species docet, quam valde a fœdere Levitico
 recefferint. Sic enim aperte C. II. v. 8. dicit: **שחתם ברית**
ה' ויהו' ה' ויהו' ה' corrupistis fœdus Levi illius, fœdus nempe **ה' ויהו' ה'**
ויהו' ה' vitæ & pacis, quod (interprete *b. Balduino*)
 omnem felicitatem hujus & futuri seculi pollicebatur; &
 tunc ostendit, quibus sceleribus hoc fœdus corruperint
 sc.

sc. non custodiendo vias Domini i.e. puram doctrinam, sed ex *περσσωπολησις* vitio legem Domini corrumpendo adeo, ut יהוה קדש יהורה חיל profanaret Juda sanctas res Domini ex hac sacerdotum legis divinæ corruptione & conjugii leges divortiis illegitimis, quibus vel ipsi uxores primas dimittebant vel populo dimittere permittebant, rumpendo adeoque circa doctrinam & vitam perfide agendo. Ad primi sceleris exprobrationem versus spectant 9. ad 12. inclus. E tunc שנית scelus circa conjugium ipforum a commate 13. ad 16. inclus. urget & postquam illud proposuisset, ad magis convincendos sacerdotes hæc addit verba:

וְלֹא־אָחַז עֶשְׂרוֹ וּשְׂאֵר רוּחַ לוֹ וּמֵה הָאָחַז מִבְּקֶשׁ
זָרַע אֱלוֹהִים וּנְשִׁמְרָתָם בְּרוּחָכֶם וּבְאִשְׁתֵּי נַעֲרֹתָי
אֶל־יִבְגְּדוּ: כִּי־שָׁנָא שְׁלַח אָמַר יְהוָה אֱלוֹתַי יִשְׂרָאֵל
וּכְפָרוּ חֲמַס עַל־לְבוּשׁוֹ אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת
וּנְשִׁמְרָתָם בְּרוּחָכֶם וְלֹא תִבְגְּדוּ:

§. II.

Sane si viam a Celeberrimis viris, *Lud. Cappello, Joh. Morino, Herm. Conringio, Isaaco Vossio & Joh. Clerico*, (ut multos alios jam taceam) etiam in sacra Critica commendatam, sequi liceret; hunc tam concisum & notabilem textum in quemcunque sensum mutantes nunc omiffis nunc interjectis verbis ad cujuscunque palatum rapere-
mus. Quis nescit rapaces manus *Joh. Clerici* in suis scriptis Criticis passim cætera non leviter doctis & aliorum, quibus τὰ ἱερὰ γράμματα pro lubitu mutare solemne est? Rejectis enim genuinis divinæ punctuationis & Accentuationis principiis & ad Rabbinos Tiberienses relegatis, quivis sacrum V. T. codicem suum facile faciet & mira Grammaticæ sacræ excogitabit fundamenta. Verum diu doctif-
sim,

fimi Criticæ sacræ scrutatores ex argumentis sufficientibus & eruditissimis Hebraismi hostibus fecerunt satis, inter quos heroës *Buxtorffium, Calovium, Wasinuthum, Pfeifferum, Loeschherum, & Deylingium*, nominasse & eum admiratione laudasse sufficiet. Quod si enim εως αν παρελθῃ ὁ εἰρηνός καὶ ἡ γῆ, ἰσάα ἐν ἡ μίαι κερσάει εἰ μὴ παρελθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου
 Matth. V, 18. certe codex Ebræus erit sine ulla corruptione perfectissimus nec ulla Hermenevticæ sacræ principia certiora, nisi ex ipsis textus visceribus hausta. Hisce insistentes a vero non facile aberrabimus.

§. III.

Paraphrastæ hujus loci, quem scrutamur, in diversissimas abeunt sententias, quas ut capiamus, vocum singularum significatus & emphases primum breviter evolva-
 mus. **וְיָנִי-נָחִי** Quantas difficultates copula γ Interpreti pariat cuius Ebræarum literarum gnaro haud erit incognitum. Hoc enim præfixum significationibus suis vere Proteum inter particulas Ebræas dicit Vir in rebus Criticis singulariter peritus, *Christoph. Cellarius* in Script. S. Ebrææ stylo loquendi Can. LXI. & Celeberr. *Joh. Andreas Dantzius*, Interpretis sui multas paginas, Paragraphos nempe CXCIII. & CXCIV. ex meris $\tau\epsilon$ γ significationibus implet, adeo ut *Benedictus Spinoza*, inde sacros V. T. libros calumniandi arripuerit occasionem. Nec diffitemur, $\tau\epsilon$ γ variis adplicari significationibus, si ex genio linguarum, in quas textum Ebræum transferimus judicandum sit: interim qui genium linguæ sanctæ recte perspexerit, procul dubio huic præfixo cum *Guffetio* & Summe-Reverendo *D. D. Loeschero*, in exasciato de Causis linguæ Ebrææ tractatu p. 422. & 423. nudam orationis connexionem adtribuet & LXXIII. significationes a *Noldio* $\tau\epsilon$ γ adsignatas vix adprobabit. Particula γ itaque connectit hocce cum præceden-

cedentibus commatibus & ostendit, orationem de divortii
 feelere nondum esse finitam, sed in una connexione succe-
 dere. **וְלֹא** nequidem unus i. e. nullus. **לֹא** est par-
 ticula negandi non, quam significationem, si textus Ebræos
 examinaveris, semper servat, de qua *D. D. Dantzius*, In-
 terpr. §. 140. bene agit. Nondum enim multorum Philo-
 logorum sententiæ subscribo, qua in multis Scripturæ S.
 locis particulam **לֹא** etiam pro **לֹא־וְ** positam censent. Lo-
 ca, quibus *Pagninus, Calvinus, Junius, Drusus, Buxtorf-
 fius, Cappellus, Paulus Martinus Alberti*, & alii hanc suam
 probare annuntur opinionem, rem meo quidem iudicio
 vix exhauriunt. Novi in loco 2. Reg. 5. (26.) multos ma-
 gnosque Interpretes phrasin: **לֹא־בִי הָלַךְ** interroga-
 tive: nonne cor meum abierat? explicare; quare vero
 non simpliciter negative per **לֹא** non abiit cor meum ver-
 ti possit, me non intelligere lubens fateor. *Elifæus* forte
Gehasium docet, animum suum semper cum *Gehasio* fuis-
 se, adeoque etiam ejus fraudem absentem licet animadver-
 tisse. Magis locus 2. Sam. 13. (26.) videtur nos urgere ad
 agnoscendam **לֹא־וְ** interrogativam significationem.
Abhschalom enim introducitur interrogans: **וְלֹא־יֵלֵךְ אִתִּי אָמֵן אָמֵן**
 Nonne ibit quæso nobiscum *Amnon* fra-
 ter meus? Verum enim vero textum *ἀκριβῶς* inspicientes,
 procul dubio interrogationem potius in particula **וְ**, quam
 in ipso **לֹא** inventient. Ut enim adhibitum **וְ** in hac qua-
 stione taceam, quod interrogationem etiam satis aperte in-
 dicat, certe **וְ** **וְ** non propter aliam rationem, quam con-
 nectendi *Abhschalomi* quæstionem cum ipsa persona lo-
 quente adeoque ipsam quæstionem indicandi ergo adhibi-
 tum, in linguis cæteris, in quibus nulla vox vel particula **וְ**
וְ Hebræorum æquivalet, optime & necessario per notam
 interrogationis erit exprimendum. Ad pleraque reliqua a

B

Philo-



Philologis allegata exempla eodem etiam negotio facile posse responderi, habeo persuasum, dum ipse *b. Lutherus* nonnulla pro defendenda hac sententia allegata loca non interrogative sed simpliciter negative fuerit interpretatus. De loco Job. 13. (15.) vexatissimo, prolixa foret disputatio, nisi in ipso Kri^{to} Cthibh optime illum explicari sperarem. Quid vero de Jon. IV. (11.) sentiamus, alii temporari reservabimus, particulæ divinæ interim nullum alium sensum sine urgente necessitate, quæ tamen vix ulla instat, attribuentes. Construitur particula hæc negativa hic cum אחר, quod unum significat & in constructione cum לא necessario non unum s. nullum: ita quoque Job. 14. (4.) ad quaestionem: quis dabit mundum ex immundo? responderetur: לא אחר. Non unus i. e. nemo; cui significationi intima harum vocum in nostro Textu per Makkeph connexio optime videtur convenire.

עשה Fecit, de quacunque hominis actione usurpatur. De Deo usurpata hæc vox a radicibus יצר & ברא distinguitur; sic enim Deus Jes. 43. (7.) de hominibus secundum nomen suum dictis loquitur: בראתי ex nihilo feci illos, יצרתו creatos formavi s. formam ipsis induxi, אפ-עשיתו insuper etiam creatis & formatis singula membra ordinavi. Hic cum sine nulla peculiari nominis divini mentione cum לא-אחר construatur, procul dubio meo qu. iudicio de homine tantum significat: & nullus fecit i. e. sic nemo egit.

וְשָׂרָא רִחוּ לוֹ Et residuus spiritus ipsi. שאר a Rad. שאר remansit, reliquus fuit, superfuit, &c. necessario si nomen ad formam פָּרַח formaveris שאר residuum, reliquum denotabit. Nomina enim a suis radicibus monosyllaba formata, priori radicali litera sc. scheyata effectum remotum indicant, erudite docente *D. D. Loescheri*, in
Causis

Causis linguæ Ebrææ l. II. C. VIII. p. 408. Effectus vero remotus *ἀπὸ τοῦ* supermanere proculdubio erunt reliquiæ; sicuti a כתב scriptis כתב scriptura & ab אסר obligavit אסר obligatio remanent effectus. Cui voci schevata sub Prima radicali quod recte רֶ שׁ per Schureck præformetur, nemo ignorat. רוח spiritus. Multiplicem hujus vocis significationem hic recensere non de loco Malachiæ tantum disputantium sed concordantias Ebræas scribentium esset. Vtrum etiam hæc vox de anima, an de spiritu rationali, a Philosophis multis distinctis, in sacris paginis sit intelligenda, hic non examino, qui cum divino spiritu unicum saltem נשמת חיים homini novi sufflatum, Gen. II. (7.) Usurpatur vero hæc vox in sacris literis passim nunc de vita hominis animali, nunc de rationali. Sic enim promiscue de spiritu hominum & brutorum legitur Gen. VI, (17.) perituram esse per diluvium omnem carnem אשר-כו רוח חיים. De animæ vero hominis expresse utitur hac voce Ecclesiastes C. XII, (7.) רוח רוח redituum esse ad Deum, qui ipsum dedit. Quando itaque de hominis anima s. spiritu legitur pro textus circumstantiâ facultates ejus vel animales vel rationales denotat. Sic nunc intellectui, nunc etiam voluntati pro textus varietate optime applicatur: interdum etiam de peculiaribus afflatus & cordis per divinum spiritum motibus habetur. v. c. in idiomate Neo-Ebræo Dan. IV, (6.) Nebucadnezar Danielem laudat: רוח אל הין קרישין בר peculiaris intellectus illuminatio Deorum sanctorum s. a Diis profecta in te est. Hic quoque רוח רוח meliorem & textui accuratius convenientem significationem vix videtur agnoscere, quam eam, qua sanam mentem exprimimus. וְיִפְּיִי ipsi. Particulæ usitatissimæ præfixa וְ affigitur suffixum tertiæ personæ. Quæ constructio apud Ebræos sumitur

personaliter vel relative. Conf. *D. D. Dantzii* Interpr. §. 64. adeoque verba Grammaticè reddita hunc suppedirant sensum: Et ita nemo egit, cui reliqua sana mens (fuit.)

§. IV.

Quibus ita expeditis, videamus etiam, quid sentiant Interpretes circa hunc locum & nostra dubia circa illorum sententias breviter moneamus. In duas potissimum abeunt partes qui hunc Textum explicarunt; quarum sententiarum alteram (cui ipse subscribit in explicatione hujus loci) *b. Lyserus* nominat Ebræam; alteram Hieronymianam.

I. Prima sententia circa hujus loci interpretationem a *Lysero* Ebræa dicta est illorum, qui nobiscum אֱבְרָהָם in Nominativo reddunt, sed iterum vario modo. Plerisque enim אֱבְרָהָם innuit Abrahamum, multis vero ipsum Deum.

a) Maxima Interpretum cohors a plerorumque Rabbinorum sententia est & hunc locum de Abrahamo intelligit. Sic enim Uzielides in suo Targum Prophetico $\text{הָאֱלֹהִים הָיוּ אֲבְרָהָם יְחִידֵי דֵי מְנִירָא}$ $\text{אֶתְבָּרֵי עַלְמָרָא}$. i.e. Annon unus fuit Abrahamus solus, ex quo propagatum est sæculum. Quæ paraphrasis plerisque magnis Viris ita complacuit, ut & Judæi & Christiani eandem ambabus, quod dicunt, manibus arriperent. Sic enim Vulgatus Interpres procul dubio Abrahamum innuit, vertens: Nonne unus facit & residuum spiritus ejus est? *Hugo Grotius* ita explicat: An unus ille Abrahamus ita egit, cujus de spiritu residuum nos sumus? Et Tigurina versio: Annon & unus hoc fecit, in quo excellens fuit spiritus. Et inter nostrates
quam.

quamplurimi eidem explicationi favent. *Frid. Balduinus* in Commentario suo Prophetico *b. Joh. Schmidii* Commentario in Prophetas Minores annexo p. 1779. sq. cum versione vulgata sensum reddit: Nonne unus fecit & residuum spiritus ejus est? Et quos multos alios cum hisce facientes hic allegare, angustia charæ prohibet; sufficientes tamen dabit *Matthias Polus* in Synopsi Criticorum in h. l. Satis abundans argumentum sibi videntur invenisse in loco *Jes. LI. (2.)* ubi Deus in consolationem populi Israël beneficiis, quibus eos cumulaverat, recensens primo loco Abrahami patris illorum mentionem injicit & dicit: *יְהוָה אֱלֹהֵינוּ* quia unicum evocavi illum. Quum igitur Abrahamus in oraculo *Jesaiano* a Deo nominetur *אֲבִרָם*, sequi etiam putant, ut per *רַב אֲבִרָם* etiam in nostro Textu Abrahamus intelligatur. Sed si dicere licet, quod res est, non diffiteor, me talem connexionem vix intelligere. Tantum enim abest, ut noster locus, ubi per universam *Malachia* Prophetiam ne quidem minima Abrahami mentio facta est, Abrahamum sub nomine *אֲבִרָם* alleget; ut potius neque in ipso, quem parallelum censent, loco *Jesaiano* Abrahamus peculiari nomine *אֲבִרָם* adpelletur. Dixerat enim ibidem Deus sectatoribus justitiæ, qua ratione ipsi populi sui fuissent redditi in parentibus illorum Abrahamo & Sara: hinc ad magis demonstrandam suam erga populum Israëliticum benignitatem, rationem, qua illum Abrahamum elegerit, addit; unicum enim illum, quum plures facile posset, elegit, & ipsi benedicendo semen ejus multiplicavit; adeoque sub nomine *אֲבִרָם* Abrahamo non peculiare nomen imponit, sed ad hoc maximum amoris sui *τεκμήριον* exprimendum unius Abrahami vocatio non erat reticenda. Dato vero in loco *Jesaiano*

faiano Abrahamum vocari *אָבְרָהָם*, non tamen ab illo
 ad nostrum locum valebit consequentia: in illo enim
 expressa fit Abrahami mentio, in hoc vero non item;
 quod recte observat *b. Tarnovius*: adeoque non video,
 qua ratione mentio illius sub voce *אָבְרָהָם* fieri queat.
 Omnino autem Abrahami mentionem in antecedenti-
 bus Textus nostri factam esse censet *b. Frider. Baldui-
 nus*, commate sc. decimo, ubi Propheta Judæos ita al-
 loquitur: *הֲלֹא אֲבִי אֲבְרָהָם לְכָלֵנוּ* Nonne pater unus
 omnibus est; quasi Propheta per unum & communem
 illum Judæorum patrem intelligeret Abrahamum; ve-
 rum enim vero vix a me impetrare possum, ut etiam
 in hisce allegatis verbis Abrahamum intellectum esse
 censeam; prorsus enim hæc propositio sequenti: *הֲלֹא
 אֵל אֲבְרָהָם בְּרָאֵנוּ* Nonne Deus unus creavit nos? vide-
 tur æquipollere, quis vero Abrahamum & Deum &
 creatorem Judæorum dixerit. Et quare alium patrem
 Judæorum hisce verbis crederemus subintellectum, quam
 ipsum Deum? cum ille ipse in hac Malachia Prophe-
 tia C. I. v. 6. de se ipso dicat: *אֲנִי אֵלֵה כְבוֹדִי*
 Quodsi pater ego sum, ubi est honor mihi debitus?
 Nec etiam, quod primo loco monere debebam & quod
 infra urgebimus, accurata Abrahami mentio in nostro
 Textu esse poterit, si modo accurate cognoscimus ob-
 eectum personale, cui hæc omnia dicuntur. Certe enim
 non universus populus Israeliticus generatim, sed sa-
 cerdotes speciatim scelerati his verbis monentur. Mun-
 sterus de Abrahamo etiam explicans nostrum textum
 objectionem Judæorum sibi videtur in hoc textu invenisse
 hujus tenoris: Nonne Abrahamus, unus ille pater no-
 ster id fecit, in quo exuberans spiritus erat? Sed multo mi-
 nus hanc explicationem admittere possumus, quo magis a
 con-

connexione textus recedit: Unde enim connexio antecedentium cum hac objectione Judæorum posset demonstrari? Nunquam enim Abrahamus Saram, uxorem illam suæ juventutis dimisit, adeoque nec Judæi ad ejus Exemplum potuissent provocare. Novi quidem ferme omnes Interpretes ea esse opinione, ut etiam simultaneæ πολυγαμίας scelus commate præcedenti a divino Propheta castigari adeoque etiam hanc Judæorum objectionem ab Abrahami Polygamia desumptam textui optime convenire persuasum habeant: verum enim vero, si vera fateri licet, hoc crimen per universam Malachix Prophetiam non invenimus prohibitum eoque nomine nullam plane hujus objectionis ab Abrahami exemplo petita videmus ἀκολούθησιν. Nec etiam est, quare Chaldæum Paraphrasten hic sequamur & לֵא נָא cum illo interrogative per הֲלֵיךָ reddamus: nunquam enim a literæ sensu proprio & nativo recedendum esse puto, nisi urgente telo necessitatis. Ut taceam per posteriorem enunciationem Jonathanis: וְשֵׁן רָחֵל וְרָחֵל פְּרָסִין עֲבָרָא דִּי מְנַה אַתְּבָרִי עַל מְרָא vix rite explicari, nisi per Pythagoricæ μετεμψυχώσεως figmentum crederemus, Abrahami animam tempore Malachix adhuc superfuisse & ab uno corpore in alterum per tot secula migravisse: quam fabulam vero & ratio & revelatio diu riserunt. Quamvis vero filius dici posset patris וְשֵׁן רָחֵל ex propagatione animæ per traducem, in hoc nostro tamen loco nec eadem verba neque eadem significatio occurrit. „Nullum exemplum Biblicum novimus, „(observat. Job. Coccejus, Celeberrimus φιλολογίας sacrae „olim scrutator in Comment. in h.l. Opp. Tom. III.) quo „filius diceretur residuum spiritus patris sui, sed Grotio, „idem est רָחֵל & רָחֵל.„ Nec etiam versioni Tigurinae & qui cum illa faciunt, facile accedere possumus, quæ
de

de Abrahamo explicans posteriorem enunciationem red-
dit: in quo excellens fuit spiritus. Quibus etiam Vir sum-
mus & beatus, *Lutherus*, adfentire videtur, vertens: **Also
thät der Einige nicht und war doch eines grossen Gei-
stes.** Licet reliquias ejus spiritus h. e. opera omnia plane
singularia & auream inprimis Bibliorum versionem maxi-
mi semper faciamus & summos ecclesie nostrae thesauros
astimemus; modeste tamen hic abire nobis licebit. Nul-
lum enim hucusque vidimus locum, quo vox **אשר** signi-
ficationem excellentiae obtineat; a genuino autem vocis
significatu ad alium deflectere, bonae interpretationis le-
ges prohibent. Explicationi itaque de Abrahamo oppo-
nimus: De quocunque in textu nostro & in ejus antec-
edentibus & consequentibus nec vola nec vestigium extat,
de illo etiam recte explicari non poterit; Atqui de Abra-
hamo in nostro textu & in ejus antecedentibus & conse-
quentibus nec vola nec vestigium extat, E. de Abrahamo
etiam recte explicari non poterit. Quod si enim connexio
antecedentium & consequentium non respicienda esset,
textum biblicum cuiusvis versionis facile adplicaremus &
cum Judæis Cabbalisticis & Pontificiis multiplicem unius
dicti sensum extorqueremus; cum tamen aurea Hilarii re-
gula Interpreti bene sit observanda, quam habet l. i. de Tri-
nit. “Optimus ille Scripturarum lector est, qui dictorum
„intelligentiam expectat potius ex dictis, quam importat,
„& refert magis, quam adfert, neque hoc cogit videri di-
„ctis contineri, quod ante lectionem præsumserat intelli-
„gendum., *Αλληλεχία* itaque nunquam erit deserenda.
β) Sunt tamen etiam, qui **אשר** in Nominativo reti-
nent, sed non per Abrahamum verum per ipsum Deum
exponunt. Ita enim *Chrysostronus* interpretatur: Non-
ne Deus unus fecit, cui reliquias spiritus? Probant etiam
Deum

Deum vocari unum ex Deut. VI, (4) Audi Israël, Jehovah, Deus noster, Jehovah יהוה unus est. Verum enim vero licet nos homines Christiani, nullo unquam tempore iverimus inficias, Deum esse Jehovah unum, hic tamen nec sensum commodum, si יהוה per Deum explicamus, invenimus nec rationem videmus, qua Deus seipsum in hoc loco dixerit יהוה adeoque scopo Prophetico in hoc loco hanc interpretationem censemus minus convenientem. Neque enim de Diis abusive sic dictis neque de Judæorum idololatria, neque de Dei essentia, sed de criminibus circa matrimonium agitur: quem ergo in finem se Deus, qui nihil frustra facit, hic unum adpellasset, vix capio. Videant omnes veritatis scrutatores hanc interpretationem & fatebuntur sensum minus clarum evadere; sed nec multos etiam invenit Patronos hæc sententia adeoque nos non diu morari poterit.

II. Altera explicatio, quam b. Polycarpus Lyserus, dicit Hieronymianam est eorum, qui יהוה per Accusativam interpretantur & celeberrimos adgnoscit fautores. Ex Judæis imprimis R. Sal. Farchi, ex Christianis Hieronymus, Buxtorffius, Calvinus, Piscator, Drusius, Cappellus, Junius, Coccejus, Pagninus, b. Tarnovius, & multi alii illam susceperunt defendendam. Interpretantur autem ita: Nam nonne unum (sc. par) effecit, quamvis reliqui spiritus ipsi essent? i. e. quamvis Deo sufficientes creandi plures mulieres & Adamo conjungendi vires superessent, unam tamen tantum creavit & Adamo conjunxit Evam. Fateor, hanc interpretationem rei veritati maxime convenire, si modo in ipsis textus nostri verbis lateret. Ipsa quidem, quam sub nomine (forte falso) LXXII. virorum circumferunt, Græca versio partibus hæc docentium favere videtur, vertens: καὶ ἑ καλὸν ἐποίησε, καὶ ὑπέλειμμα πνεύ-

C

ματος

μάτος ἀντὶ. Nam si probabili conjecturæ conceditur locus, auctores hujus versionis superstitis (vix LXXII. viri Ebraei) infinita παραρρήματα orta cum è confusione & neglectu elementorum t. integrarum vocum & phrasium distractione, diversarum conjunctione admittentes, judicante *b. Augusto Pfeiffero*, in Crit. S. p. 279. facile pro קָרַן ex confusione similis figuræ ק & ר neglectu punctorum קָרַן legentes interpretati sunt: καὶ ἐν ἄλλων ἐπίσησε; unde temporum sequentium injuria τὸ ἐν ἄλλων in ἐ καλὸν mutavit. Verum quicquid sit, nos nec Græcæ Versionis ab *Isaaco Vossio*, ultra merita elata nec Arabis Interpretis Græcos Interpretes (ut plerumque) sequuti auctoritatem pro principio sacras literas interpretandi infallibili habemus adeoque non ex illis, sed ex ipso veritatem eruere conamur & defendere. Argumentum Theologi Reformati, *Joh. Cocceji*, omnino videtur speciosum. Annititur enim probare, Deum Judæos in uxores juventutis perfide agentes castigare ex ea ratione, quia fœdus primæ conjugii institutionis læderent; hinc etiam commate præcedente decimo quarto uxorem vocari a Deo אִשְׁתִּי בְרִית uxorem fœderis sc. illius, quod coram Domino, qui הָעֵיר testis fuerat inter illos, ierant & cujus prima institutio in Adami & Hevæ creatione quærenda est; adeoque versu hoc Deum ad magis convincendos Judæos hanc institutionem conjugii Paradyfiacam producere in medium. Verum si contra eruditam doctissimi viri dissertationem quædam excipere licet, non diffitemur, hanc demonstrationem viri potius suæ hypothese *δελέυοντος* esse, quam *ἀλληλεσχίαν* textus accurate observantis. Primo namque hæc interpretatio ne quidem Textus nostri Grammaticæ videtur facere satis. Dubium de אִשְׁתִּי , quod pro אִשְׁתִּי positum censent, antea jam motum tacemus: quale quæso autem in propositione:

ne:

ne: **אמר עש** Subjectum adesset, si **אמר** cum illis per Accusativum interpretaremur? Referrī quidem, si Subjectum in voce **עש** crederemus subintellectum, optimo jure ad **אמר** commate præcedente allegatum, tanquam Subjectum proximum posset, si modo totius textus *συμφερα* hanc interpretationem posceret. Doctissimi viri institutionem conjugii Paradyfiacam in hoc loco quærentes ad unum omnes Polygamiam hic esse castigatam habent persuasum; de qua tamen in nostro textu altum est silentium. **בכי ונאנק** enim, fletus & gemitus, quibus uxores juventutis operiebant altare Domini, non oriebantur ex simultanea maritorum suorum polygamia, sed certe ex injusto divortio, quo erant a maritis suis dimissæ. Licet enim Judæi *πολύγαμοι* etiam **בגרו באשת נעוריה** perfide agerent in uxorem juventutis suæ; textus vero ex ipso textu erit explicandus cumque Polygamix scelus hic plane taceatur, *Coccejo* in sua interpretatione majori solertia considerandum fuisset, ne idem, quod in *Grotio* castigavit, peccatum peccaret & textui nostro sensum aliquem novum adferret ultra illum à spiritu S. indicatum. Quod autem non de Polygamia, sed de divortio sermo sit, satis aperte comma sequens indicat, ubi expressa **על** mentio injicitur. Et certe ex hoc scelere expressis verbis nominato etiam comma præcedens optime explicatur, justam enim conquerendi habebant causam uxores illegitime à maritis dimissæ. Qualis vero a divortio ad primam conjugii institutionem, qua Deus uni mari unam conjunxit feminam, esset *μετάβασις*, vix intelligo. Nec est, quod verba sequentia **אמר רוח** reddamus: quamvis reliquus ipsi spiritus esset; certe enim matrimonii institutio non a spiritualitate Dei dependet, nisi (quod absit) credamus, Deum in creatione Protoplastorum spiraculum vi-

tæ ipsis sufflando partem auræ suæ spiritualis exspiravisse fibique remansisse reliquias. Itaque etiam circa hanc versionem nobis remanet dubium: Cujuscunque sceleris in textu nostro nulla plane expressa mentio injicitur, ad illud refutandum ultra necessitatem ex verbis textualibus argumentum facile non erit hauriendum apertum: Atqui Polygamia in textu nostro nulla plane expressa mentio injicitur, E. ad illam refutandam ultra necessitatem ex verbis textualibus argumentum a prima conjugii institutione facile non erit hauriendum.

§. V.

Nostram itaque, si adjicere licet, sententiam, eam, quam ex ipsis verbis supra eruimus, defendemus versionem: Et ita nemo fecit, cui reliqua sana mens (fuit.) Supra jam monuimus, Deum capitibus primo & secundo Malachia illius temporis sacerdotes multorum increpare vitiorum & ostendere, illos a foedere Levi. i.e. à foedere illo, quod Deus cum tribu Levi & inprimis cum Aaronè ejusque filiis Ex. XXIX. Lev. X. & XXI. Num. XVIII. & alibi sanciverat, ut esset **עלם ברית** foedus Deum inter & sacerdotes sempiternum, graviter secessisse. Deus sc. tribum Levi elegerat ex omni populo Israëlitico, ut sacris Judæorum præset, hinc Aaronem Pontificem maximum ejusque filios sacerdotes, cæteros vero Levitas rerum sacrarum ministros constituerat: de peculiaribus sacerdotum divisionibus in **ראש משמר** & **כהנים הדיוטות** in **כהנים עם הארץ** & cæteros gradus sacerdotum dignioris hic agere nostri non est instituti Conf. *Ligtfooti* Horæ Ebræo - Talmudicæ in Matthæum. Hisce leges ultra officia publica ecclesiastica peculiare dederat observandas inprimis Lev. XXI. ut sc. Deo sacrificia offerentes sanctiori vita omnes anteirent & ut matrimonia casta ineuntes illa nullo unquam scelere pol-
lue-

luerent : & sic observat Josephus ad altare templumque ad-
 cessisse sacerdotes omni vitio carentes. Hinc etiam Tal-
 mud. Hierosolymit. cautum est, שאין תרומה לכהן עם,
 ה'ארץ i. e. ne detur oblatio sacerdoti plebejo; quia de illo
 dubitari potest, an commesturus sit in immunditie an in
 munditia. Pacti hujus Levitici fuerunt memores patres fe-
 re hujus familiae, Aaron, Eleazarus & Phineas ideoque sub
 nomine הלוי à Deo commendatur pietas, integritas in do-
 ctrina & vita & successus eorum in ministerio, quod sc.
 תרת אמת lex veritatis in ore illorum fuerit, per quam le-
 gem veritatis sancta doctrinae veritas aperte innuitur &
 quod עולה לא-נמצא בשפתיו iniquitatem nimirum il-
 lam, quae per fraudem & perjurium committitur, non inveni-
 mus in labiis ejus Levi, per quam laudem forte observa-
 tio pacti conjugalis sancte servandi innuitur. Certe enim
 in ore dimittentis uxorem suam absque justa causa invenie-
 mus עולה iniquitatem & perfidiam. Quas leges Leviticis
 sacerdotes primi rite observantes רבים השיבו מעון mul-
 tos etiam redire fecerunt ab iniquitate, quia auditores à la-
 biis sacerdotis quaerunt doctrinam & ipse tanquam מלאך
 legatus, nuncius Dei praecepta Dei rite custodiens accurate
 eos docet. Hoc foedus Levi itaque a primis sacerdotibus
 tam sancte custoditum divinus Propheta Deo jubente per
 totum caput secundum contra sacerdotes sui temporis hoc
 foedus corrumpentes urget. Totum enim hoc caput pro-
 prie non ad omnes Judaeos sed ad solos sacerdotes pertine-
 re tum ipsa expressa commate primo sacerdotum mentio,
 tum accurata sibi que met ipsi semper respondens connexio
 credere nos jubet. Et nunc, inquit Jehova, עליכם המצוה,
 הוא הבהנים ad vos praeceptum hoc (sequens) sacerdotes
 sc. pertinet. Ipsa etiam commatum omnium inter se ad-
 curata connexio ita est comparata, ut sermonem de sacer-
 dotibus

dotibus vix credere possim interruptum. Explicata enim sacerdotum primorum circa observandum fœdus Levi curâ & ex ea resultante utilitate, omnia nunc a versu octavo ad finem usque ad sacerdotes sui temporis adplicat & demonstrat, quod vero ipsi à via illa recedentes & fœdus Leviticum corruptentes adeoque minus recte docendo & vivendo multos conscelerarent & facerent כשל בתורה impingere in legem, ut ideo ex Sacerdotum culpa perfide ageret Juda & abominatio fieret in Jeruschalaimis. Hanc abominationem sacerdotibus recte adscribit & justam ipsis pœnam minatur. Et in hac ipsa connexionione Deus sacerdotes etiam alterius vitii accusat de læsis nempe conjugii legibus, quod nempe vel ipsi facerent, vel aliis permitterent uxores legitimas dimittere adeoque operire altare Domini lacrimis, & gemitibus. De sacerdotibus enim si etiam hæc verba interpretamur, optime (nisi fallimur) tum voci שבייר secundo, tum phrasi: Deum nolle amplius respicere ad munus illorum & accipere beneplacitum ex manibus illorum satisfacimus. Postea igitur quam Deus Versu decimo quarto scelus ipsum ejusque atrocitatem sacerdotibus proposuisset, nunc addit: Nemo (sacerdotum scilicet, qui observarunt fœdus Levi) ita fecit, cui reliqua sana mens (fuit).

§. VI.

Equidem verba sequentia nostræ videntur adversari sententiæ; sed videntur saltem, videamus ipsa & salvam reddamus nostram explicationem. Addit Propheta: ומה האחר מבקש זרע אלהים Quæ verba Grammaticè primo inspiciamus. Pronomen interrogativum מה est interrogativum rei & per *quid* optime exprimitur, salvis omnino manentibus adjunctis significationis exprobrandi, expostulandi, exaggerandi, admirandi, extenuandi, insultandi

tandi à *Noldio*, in *Concord. Part. & Danzio*, in *Interpr. §. 51.* adnotatis. Quid de catalogo significationum huic particulæ (ut aliis) à *Lexicographis adscriptarum*, judicandum sit, optime forsitan judicabunt, qui cum *Celeberrimo & certe in hac literatura ἀνατολικῆ* toto *D. D. Loescheri* *Lexicon*, quo cujuscunque vocis Ebrææ significatio rudis, perfecta & prævalens accurate describatur, in votis quotidianis. *Conf. Ejsd. Causæ l. E. l. III. C. 2.* **הָאָרָר** Unus ille, explicatione Grammatica non indigit, quum significatio prævalens & **אָרָר** & **ה** Articuli ad compensandum Dagesch e litera Gutturali ejectum Kametzati sit notissima. Interim vocem quandam **מָרָר** inter & **אָרָר** esse subintellectam, & ex antecedente propositione repetendam, vel ipse Accentuum positus indicat. **מָרָר** enim ab **אָרָר** per ducem subdistinctivum Paschta distinctum vocem quandam subintellectam & secum construendam esse monet; **עָרָר** sc. ex antecedentibus repetendum cum **מָרָר** erit construendum.

זֶרַע אֱלֹהִים **מִבְּקֶשׁ** quærens magno studio & conatu (erat) semen Dei. Quilibet cognoscet, hanc esse responsionem ad præcedentem quæstionem. Participium Pihel **מִבְּקֶשׁ** ex natura hujus conjugandi modi intensiorem & adauctam vim actionis intensumque studium atque actionis continuationem quærendi sine intermissione denotat: quod post *Capitonem Instit. p. 72. 73. D. D. Loescherus*, l. c. p. 384. erudite & luculenter dedit demonstratum; & ita **מִבְּקֶשׁ** magno studio summoque & sincero conatu aliquid quærentem indicat. Quod vero verbum substantivum recte hic subintelligamus, nulli non erit cognitum, qui ex innumeris ferme locis Biblicis didicerit, participium Ebræorum semper verbi substantivi, quando id adjectum non est, includere significationem. *Danz. Interp.*

§. 74. זרע אלהים. Significatione prævalenti de femine quocunque, unde species conservatur, vox זרע usurpatur & sic de quovis femine sparso: per translationem autem hac voce etiam de prole & posteritate utitur; sic Jonathas jurejurando se Davidi obligans hoc fœdus sanctum esse volebat ובין זרעי ובין זרעך & inter posteritatem meam & inter posteritatem tuam, 1. Sam. XX, (42.) Ex circumstantiis cujuscunque textus itaque optime erit concludendum, cuinam significationi hæc vox adplicetur. בני-האלהים hic constructum ferme *ſuis* בני-האלהים Gen. VI, citatis æquipollere videtur.

§. VII.

Variant circa explicationem horum verborum iterum Interpretes. Longissime a Textu Ebræo Græca LXVII. virorum versio abit, vertens: *Καὶ ἐπαίε, ἢ ἄλλο ἢ σπέρμα ζῆναι ὁ Θεός.* Ubi vero **ואמר** illud in textu extat. Quod substituere certe nil aliud est, quam spiritum sapientiæ corrigere velle. Et quid de crasso illo Accentuum divinorum neglectu in hac græca Versione dicam? quilibet, qui hoc incomparabile *τὰ ἱεροὶ γράμματα* interpretandi principium Hermenevticum saltem primis inspexit oculis, facile crassum hoc vitium capiet, si vel etiam **וְאָחֵר** cum **אָחֵר** commutatum taceremus. Quod si Accentuum positus ita se oculis nostris sifteret: **זרע אלהים מבקש ומה האחר** forte aliqua veritatis specie niteretur hæc Græca versio. Nec versio vulgata recte distinctivum (:) majorem observat, reddens: & quid unus quarrit, nisi semen Dei? si enim maxima distinctio ad **וְאָחֵר** quarere pertineret, series Accentuum ita fortassis extaret: **זרע אלהים מבקש ומה האחר** Quos itaque textus ipsius constructio confutat, nos non diu refutabimus. Plane etiam eodem, quo vulgatus, modo reddidit *b. Baldvini*:

nus: Et quid unus quærit, nisi semen Dei? adeoque nec ipse Accentus vocavit in subsidium versionis suæ.

Qui Abrahamum per *לֵוַי אָמַר* in superioribus credunt intellectum, facili negotio hæc verba de illo explicant. Sic enim *Hugo Grotius*: Quid vero unus ille fecit? quæsit semen Dei h. e. sobolem a Deo. Et Münsterus responsionem in his verbis superiori objectioni putat esse suppeditatam hunc in modum: Abrahamus quidem fuit *δὲ γένος*, sed quare hoc fecit? quæsit semen a Deo ipse promissum. Ut alios multos eidem sententiæ faventes Interpretes fileam. Nec diffiteor, b. nostrum *Lutherum*, forte etiam huic sententiæ subscripsisse hæc verba explicando: **Was that aber der Einige? Er suchte den Saamen von Gott verheissen.** Concedimus nunc quidem manibus, quod dicunt, & pedibus, hanc sententiam & interpretationem nihil plane fovere absurdi; dubium tamen supra jam motum adhuc remanet nobis, per totam *Malachia* Prophetiam nullam plane Abrahami factam fuisse mentionem, nec adæquate fieri potuisse. Tantum enim abest, ut Deus sacerdotes propter foederis *Levitic* læsionem castigaturus ad Abrahami fidem & pietatem ipsos ablegaret, ut potius *ברית אלהי*, cujus tam ponderosa mentio in antecedentibus injicitur, Abrahamo plane fuerit incognitum. Alio modo *Hieronymiana* sententiæ Patroni vertunt. Ita enim *Junius* & *Tremellius* cum *Calvino*, *Drusio*, *Coccejo* & multis aliis: Quid autem unum? quæsiturum semen Dei. i. e. Quid autem unum par a Deo creatum fecit? quæsiturum erat semen Dei i. e. prolem legitimam. *Drusus* quippe hisce verbis ostendi putat, spurios illos esse, qui ex polygamia nascerentur. Veritati rei hæc explicatio iterum minime contradicit, verum de hoc non quæritur, sed dubitatur saltem, an etiam hic sensus in ipsius textus nostri visceribus lateat? Nec diffiteremur, nos etiam eandem cum viris doctis amatuos fore sententiam, si modo satis evictum esset, in hoc, quod explicamus, commate de prima conjugii institutione sermonem institui. Quum vero (quod supra demonstra-

D

vimus)

vinus) non de polygamia in omni Malachia prophetia, sed de divortii sermo sit, etiam de institutione matrimonii paradyfiaca, quippe quæ ad rem nihil videtur facere, vix possumus explicare.

§. VIII.

Ablegaverat Deus sacerdotes perfide agentes in uxores juventutis suæ ad exempla Antecessorum suorum fœdus Levi recte observantium & ostenderat, ita nullum sacerdotem, cui sana mens superfuisset, fecisse; & nunc quærit: ומה האחר & quid unus ex illis fecit? quæsit semina Dei. Non enim sufficiebat dixisse, quod sacerdos verus non fecerit operire altare Domini lacrimis & gemitibus uxorum juventutis dimissarum nec ita populo Israëlitico ad illud ipsum scelus committendum fuerit scandalosus; sed etiam talis veri sacerdotis exemplum ipsis revocat in memoriam; quasi diceret; sacerdos meus, qui est meus angelus, circa conjugii leges scelera non solum non commisit, sed etiam quid præterea fecit unus ex illis, qui observavit fœdus cum Levi constitutum? Quod enim האחר hoc sensu in literis sacris veniat, vel unicum Exemplum Gen. XLII. 27. docet: ופתח האחר את שקו Et aperuit unus ex illis saccum suum. Si itaque sententiæ forsitan probabili locus hic concedatur, per unum illum ex sacerdotibus fœdus Leviticum recte observantibus divinus Propheta forte Phineam, Aaronis nepotem, hic intelligit. Sane omnia, quæ in Textu nostro extant, Phineæ optime conveniunt. Ille erat unus quid? respectu cæterorum vel unicus ex illis, qui fœdus sacerdotale observarent: Ille erat, cui Deus dederat עלם ברית כהנת עם fœdus sacerdotii perpetui. Num. XXV. Ille erat רבים השיב מעון multos redire fecit ab iniquitate & ille erat מבקש זרע אלהים. Ipse enim conjugium suum servavit sanctum exque illo quæsit semina Dei, semina sc. illud Deo acceptum, cui Deus promiserat æternum sacerdotium; quæsit vero quoque semina Dei à populo reliquo, hinc scortationem illam, qua Judæi cum Midianitarum filiabus sanctas conjugii leges contaminabant, sustulit è medio & semina Dei h. e. prolem justam quasi-

quæsit & legitimam. Quamvis vero expressa nominis Pineæ mentio in nostro textu non fiat, facilis tamen ad illum erit conclusio inultoque facilior, quam ad Abrahamum vel ad primam conjugii institutionem. Quodsi enim de sacerdotibus & de obligatione illorum ad fœdus Leviticum (id quod sole meridiano clarius esse putamus) sermo est; nec meliorem nec ipsis textus verbis magis ad commodatam significationem me jam perspiciere posse, fatebor.

§. IX.

Communem inde eliciunt conclusionem Interpretes & sequentia textus nostri verba eodem fere redeunt modo: וְנִשְׁמַרְתֶּם בְּרוּחְכֶם וּבְאִשֶׁת נַעֲרֵיכֶם אֲלֵי-יְבִגְדָה וְתִסְמְרוּן בְּנַפְשְׁתְּכֶן וּבְאִתָּת יַנְקַתְךָ לֹא תִשְׁקַר i.e. Caveatis itaque vobis in anima vestra & uxorem juventutis tuæ non falliciter agas. LXXII. viralis versio habet: Καὶ φυλάξατε ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν καὶ γυναῖκα νεότητός σε μὴ ἐγκαταλίπης. Vulgata: Custodite ergo spiritum vestrum & uxorem tuæ adolescentiæ noli despiciere. Et b. noster *Lutherus*: Darum so sehet euch für für eurem Geiste und verachte keiner das Weib seiner Jugend.

Prima Dei admonitio בְּרוּחְכֶם וְנִשְׁמַרְתֶּם ex conjugationis Niphal hic adhibitæ ἐμφάσει vix erravero, si ita reddidero: Et custodiemini in spiritu vestro h.e. in animæ vestræ adpetitu. Optimam enim connexionem hujus conclusionis cum præcedentibus, quam τὸ ἡ copulans indicat, consistere puto in hac naturali παραφράσει: Et si hæc rite observabitis nec faciendo ea, quæ nullus fecit & quærendo semen Dei, custodiemini in malis vestris affectibus. נִשְׁמַרְתֶּם est 2. plur. præteriti Niphal à Rad. שִׁמַּר custodivit: quisquis igitur significationem τῶ Niphal cum D. D. *Lasschero* C.L.E. p.383. attenderit semper esse passivam, observatis tamen quas verba ἐνεργητικὰ, ἰδιοποιητικὰ & χετικὰ quælibet peculiâres habent, naturæ illorum regulis; etiam ita fortassis optime passivam ejus significationem expresserit. Quod vero hic Hebræo-

אִתָּתְךָ

D 2

rum

rum Præteritum per Latinorum futurum exprimamus, indoli Latinæ linguæ, non cuidam ἐναλλαγή otiosæ damus. Ad rei denotandam certitudinem Deus utitur tempore perfecto, quasi diceret: Quodsi hæc rite observaveritis, custoditi etiam jamjam estis in affectibus vestris adeoque Propheta ἐμφατικῶς adhibet tempus perfectum, ut maximam ex observantia foederis Levitici ad sacerdotes redundantem utilitatem ipsis eo magis commendaret.

וּבְאִשָּׁתְךָ נְעוּרֶיךָ אֱלֹהִים ut contra uxorem juventutis tuæ non perfide agat (quisquam.) Connexionem, quam iterum copulativa hic iterum constituit, per Latinorum ut optime exprimi posse, quilibet facile intelliget, cum τὸ γ etiam aliis locis pari ratione duas propositiones connectat. v. c. Num. XXIII. 19. לֹא אִישׁ אֱלֹהִים וְכִבֹּד וּבֹדֶן אָדָם וְיִתְנַחֵם. Non vir est Deus, ut mentiatur; nec filius hominis, ut poeniteat eum.

Quem per אֱשֶׁת נְעוּרֶיךָ Propheta intelligat, ex commate XIV. satis patet, dum illa ipsa dicitur focia & uxor foederata. Primam itaque & legitimam uxorem uniuscujusque sacerdotis in juventute ductam hoc nomen designat. Mos enim Judæorum circa matrimonia ineunda ex scriptis illorum reliquis & hodierna, quam adhuc observant, consuetudine nobis diu innotuit, illos vel adhuc pueros jam ducere in matrimonium uxores. Sic legimus in Schulchan Aruch P. IV. "Præceptum est cuivis homini, „ducere uxorem, qui est XVIII. annorum: quod si vero quis hoc „tempus antevertat & decimo tertio anno ducat, is longe præstantius facit -- Nullo autem prorsus modo excedat vigesimum annum sine uxore., Nonne itaque uxor a juvene ex ephebis vix egresso in matrimonium ducta אֱשֶׁת נְעוּרֶיךָ erat nominanda? Quod vero propositioni priori numero plurali multos admonenti jungatur propositio in numero singulari prolata: אֱלֹהִים־יִבְנֶה sapientia est, non erroris: distributive enim de singulis, ad quos prior propositio pertinebat, affirmatur. בָּגַד est perfide agere, fraudibus aliquem decipere & dolo adeoque hac propositione divortium

vortium sub nomine perfidiæ, fraudis & dolosæ deceptionis a Deo damnatur, quam tamen a sacerdotibus inprimis volebat esse alienissimam; hinc enim (observante *Ligtfooto*, in horis Ebræo-Talmud. in Lucam) vix quicquam inter Judæos majori cura & cautione erat provisum, quam de conjugii sacerdotum; adeoque etiam Deus justo Zelo perfidiam sacerdotum, qua uxores dimittebant, eo acrius castigat; id quod etiam sequenti commate luculentius adhuc profert.

§. X.

כִּי־שָׂנְאָה שְׁלַח אָמַר יְהוָה אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל וְכַסָּה חִמָּטָה
 על־לבושֵׁי אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת Novam suppeditat rationem di-
 vinus Propheta, quare scelus divortii fugiendum sit. Prius ve-
 ro quam nostram adscribamus interpretationem, nonnullorum
 plane contrarias hic audiamus opiniones. Chaldaeus primo loco
 nominandus mirum hunc nobis offert horum verborum sen-
 sum: אַרִי אִם סָנִית לָהּ פִּטְרָה אָמַר יי אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל וְלֹא־
 תִּכְסֵי חִטָּאָה בְּלִבְוֶשְׁךָ i. e. Quod si odio habes eam, di-
 mitte illam, dicit Dominus Deus Iisraëlis, & non tegas peccatum
 veste tua. Et paucis mutatis Græci vertunt: Ἀλλά εὖν μισησας
 ἐξαιποσειλης, λέγει Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Ἰσραήλ καὶ καλύψει ἀσέβειά ἐπι
 τοῦ ἐπιδυμήματά σε. Et Arabs eodem plane modo reddit: Séd si
 oderis eam, dimitte illam, dicit Dominus Deus Iisraël & ope-
 riet impietas vestimenta tua. Nec non Vulgatus easdem inflat
 tibias, ita vertens: Quum odio habueris, dimitte, dicit Domi-
 nus Deus Iisraël; operiet vero iniquitas vestimentum ejus. Ne-
 que multum distat ab his versio *Lutheri* nostri: Wer ihr aber
 gram ist, der lasse sie fahren, spricht der HErr, der Gott
 Iſrael, und gebe ihr eine Decke des Frevels von seinem Klei-
 de, spricht der HErr Zebaoth. Multos alios magnosque In-
 terpretes Judæos & Christianos, illos a *Buxtorffio*, hos a Polo
 magno agmine allegatos recensere, quam nobis proposuimus,
 brevitatis non permittit. Miror sane effatum hoc auro quovis
 contra charum tam mirum in sensum verti a tot. Celebrerrimis &

ultra meas laudes multo positis Interpretibus. Quis enim (ut de sola verborum versione loquar) Jonathanem docuit Hebræorum שָׁנָה, quod 3. perf. præteriti Kal, vel etiam Infinitivus Kal est mutare in כָּנִיחַ, quod est 2. præteriti Peal & inferere tum integram vocem לָהּ, tum adjicere פֶּטַר suffixum הָ & in enunciatione posteriori לָּ interjecto alium & diversissimum elicere sensum? Certe hoc non erat boni Interpretis officium, sed falsarii facinus. Idem peccant peccatum interpretes Ptolemaici personam tertiam in secundam mutantem & connexionem לָּ שָׁנָה cum הָהּ intimam plane negligentes, ut taceam, hac versione & Græcorum & Arabis ultimam propositionem: על-לבּוּשׁוֹ וְכִסּוּת חֲמֵס חֲמֵס prior haud accurate respondere. De versione Megalandri nostri non est, quod moneam; magis enim hic veritati, quam amori in virum summum litandum esse putamus. Innumera b. Viri coetera, quæ in ecclesia subiit, negotia tot sunt & tanta, ut memoria ejus nullo unquam tempore memoria nostra queat excidere. Hic autem versio illius constructioni Textuali non satis videtur adcommodata. Prior enim propositio: כִּי-שָׁנָה שָׁלַח fuisset conjungenda non separanda, ob intimam לָּ () cum suo Duce Rbhia connexionem: & posteriora verba eum, quem versio habet, sensum vix habere poterunt. Interim tamen hæc versio a tot tantisque Interpretibus adhibita nulli magis, quam ipsis verp̄is complacuit. Hi enim סֵפֶר כְּרִיתָת libellum repudii a Mose ipsis propter σκληροκαρδῶν illorum permissum, Deut. XXIV, (1.) a Deo iterum putant esse renovatum, si quidem olim eruditum quendam Judæum Pomeranum *Wildenbrucensem*, contra Virum literaturæ Ebrææ insigniter peritum *D. Zach. Henselium*,Inspectorem Francofurtanum ad Viadrum post fata desideratissimum in sermone privato hoc dicto pro defendenda sua sententia acriter fuisse abusum, recordor.

§. XI.

Nos hic non de re ipsa, de divortio scil. Judæis permissio, agimus, alias enim ad θεολογιῶν castra nobis esset transcendendum;

dum; sed saltem quærimus, utrum nostro, quem explicamus, in loco divortium permittatur an refutetur. Posterius ut defendamus & ipsa verba & hujus cum antecedentibus commatis connectio satis aperte suadet. Si itaque verba priora reddamus, hic emergit sensus luculentus: Nam odio habet dimittere, dicit Dominus Deus Israël. Ita enim nec verbis nec constructioni erimus molesti Interpretes. **שלה** est Infinitivus Pihel, qui etiam in versione Latina nominascens per nomen dimissionis reddi potest. Junius & Tremellius interpretantur: Sibi odio esse dimissionem, ait Jehovah Deus Israël; quam versionem etiam nemo facile castigaverit, qui in considerando formas Præteriti, Infinitivi & Imperativi **קטל**, **קטל**, **קטל**, & construct. **קטל** cum *Celeb. D. D. Loescheri*, pensitabit, antiquissimos Ebræos Præteritum & Infinitivum (addit etiam Imperativum eadem forma enuntiasse, *Conf. Ej. C. L. E. p. 393.* adeoque recte etiam redderemus **קטל** **קטל**): Quia odio se habere dimissionem, ait Jehovah Deus Israël.

וכסה חמס על-לבושו Et sic operiet injuria vestimentum ejus. **כסה** in præterito Pihel extat adeoque verbum **כסה** operire cum significationis augmento effert: ut sit, cum cura & magno studio manere iniquitatem super vestimentis ejus, ut tandem ad graviorem resurgat pœnam. Præfigitur ipsi **כסה** & copulans & convertens, quod optime, judicante sapius laudato *D. D. Loescheri*, l. c. p. 432. indicat, verbum, cui præfigitur, non solum in isto, cujus formam habet, tempore, verum etiam in reliquis, si genius cœterarum linguarum permitteret, actu copulato & simultaneo esse vertendum; & sic hic idem erit, ac si diceret: injuriam dimissis foeminis adlatam operire adulterorum vestes semper, quasi extaret; operuit moechos in actu dimissionis, post dimissionem & operiet in futurum. **חמס** est injuria, violentia & vis, quæ cuidam injusta ratione infertur & optime respondet illi **בגד**, quod committere dicuntur omnes, qui suas legitimas uxores illegitima ex ratione dimittunt. Sed hac in parte nobiscum habent-

habemus facientes plerosque hodiernorum interpretum, quos magno allegare numero chartæ sufficientiam excederet. Reperit tandem divinûs Propheta *παρρησια* supra jam additam: וְנִשְׁמַרְתֶּם בְּרוּחֵכֶם וְלֹא תִבְנְדוּ. Hæcce considerantes custodiemini in affectu vestro, ut non inique agatis.

§. XII.

Ut igitur brevibus rem omnem comprehendam, de dicto, quod explicavimus, ita statuo. Deus fletum & lacrimas uxorum dimissarum coram altari suo benigne observans, misericordia sua commotus, sacerdotes, qui vel ipsi uxores suas legitimas dimittebant vel aliis *לֹא שִׁלַּח* permittebant, propterea redarguit graviter, & postquam demonstrasset, talia Divortia illegitima esse, cum uxor juventutis sit focia & uxor fœderata, quam inter & maritum Deus fuerit testis, addit:

v. 15. Ita nemo fecit, cui reliqua sana mens (fuit); quid autem fecit unus ex illis? quærens erat semen Dei: Hæcce considerantes custodiemini in affectu Vestro, & in uxorem juventutis tua non perfide aget (quisquam).

v. 16. Nam odio se habere *יְדֹ* dimittere, dicit Jehovab, Deus Israël, & sic operiet injuria vestimentum ejus, dicit Jehovab (Deus) exercituum: Hæcce considerantes custodiemini in affectu vestro & non perfide agebitis.

Et hæc pauca circa hunc locum vexatissimum visa sunt nobis digna, quæ observentur: prolixioribus esse nobis non licuit, ne Theologiæ Exegeticæ castra ingrederemur. Interim, si nostra, quam proponimus, sententia, nemini arriserit, gratissima nobis erit semper correctio, si modo ea Textui sit conveniens. Nihil est, quod addamus, nisi votum illud Davidicum:

לֹא לָנוּ יְהוָה לֹא לָנוּ כִּי לַשִּׁמְךָ תָּן כְּבוֹד:

COROLLARIA.

- I. *Θείων* literarum Ebræarum non ad nugas Cabbalisticas est extendendum.
- II. Verba divina Gen. I. v. 26. Magnatissimum non includunt.
- III. Verba Paulina Tit. III. v. 9. Studium Genealogicum non damnant purum.
- IV. Theologia Revelata dentis Mysteriis est mera naturalis.
- V. Focari virum gravem interdum non dedecet.

S. D. G.

EO - Beg 2002

01 A 6739



Datum:

2008

Sb.

D.

Reh. ✓

Juli

46





m
OBSERV
PHILO

Malac

SANCTI NUMINI
ET SVPER

ACADEM

DIE III. CALEND.

PUBLICAE SYMΦΙΛΟΛΟΓΟ
VEN

P R

M. JOHAN.

LA

RES

CHRIST

JAV

SS. TH

LI

LITERIS IM



Farbkarte #13

S

E

NT

B

